

GVILIELMI BARCLAI  
ILLVSTRISSIMI DVGIS  
LOTHARINGIÆ ETC. CONSILIARIÏ,

SVPPPLICVMQVE LIBELLORVM

Magistri, atq̃ue in celeberrima Academia Ponti-  
muffiana I. V. Professoris ac Decani,

DE REGNO ET REGALI POTESTATE ADVERSVS  
Buchananum, Brutum, Boncherium, & reliquos Monarchomachos,  
LIBRI SEX.

Time Dominum, fili mi, & Regem: & cum detractoribus non commiscaris:  
quoniam repente consurget perditio eorum. *Prover. 14.*



PARISIIS,

Apud GVILLIELMVM CHAVDIERE, via Iacobæa, sub signo  
Temporis, & Hominis Syluestri.

M. D. C.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.



# CHRISTIANISSIMO

GALLIÆ ET NAVARRÆ REGI

HENRICO MAGNO, PIO,

Sapienti, Inclyto, Augusto,

*GVILIELMVS BARCLAVS S.*



Ntiquam olim eamque iustissimã apud Thraces legem fuisse, Athenæus libro quarto Deipnosophistarum memoriæ prodidit (Henricæ Magne Rex Christianissime) vt quibus facultates suppeterent, ijs Regem munerarentur: qui verò nihil haberent, iis Rex munera daret. At illa tamen quantumlibet iusta & vetusta, neque ab aliis nationibus recepta, neque ab ipsismet etiam Thracibus diu retenta, sed sensim & citò per desuetudinem oblitterata fuit: incertum an ob diuitum haud libenter de suo largientium tenacitatem, an verò propter nimiam pauperum multitudinem quibus munerandis gaza regia non sufficeret, an vtrâque de causâ id acciderit. Et verò si talis vbique lex adhuc vigeret, haud satis mihi nunc deliberatum & constitutum foret, vtrũ


Barclay de  
Gairlie.



Arbushmat.



Leslie de  
Balquhain.



Durham de  
Grange.



DOMINVS PROTECTOR  
VITÆ MEÆ.



an. Mellor. fecit.

Innes de  
Ettemmarke.



Gordonne de  
Pettlorgue.



Ogilvie de  
Fimlathor.



Pettindreich.



Stemmata quid faciunt? faciunt te  
sanguine clarum.  
At magis ingenij nobilitate micas.

Ter.

Pl.



GVILIELMI BARCLAI,

ILLVSTRISSIMI DVCCIS  
LOTHARINGIÆ &c. CONSILIARII  
SVPPPLICVMQ. LIBELLORVM MAGIS-  
tri, atque in celeberrima Academia Pontimuffana  
I. V. Professoris ac Decani,

DE REGNO ET REGALI POTESTATE  
*aduersus Buchananum, Brutum, Boucherium, &  
reliquos Monarchomachos,*

LIBER PRIMVS.



VM ante annos complurimos nauicula Petri, mul-  
tis diu procellis iactata, sedatiore fluctu vehi cœpif-  
set, propè que ad esset opinione multorum vt ex al-  
co in portum perueniret: procurante id gnauiter  
nauarcho non indiligente Gregorio xiii. & eius  
pios conatus iuuatibus multum Principibus Chri-  
stianis, spes ingens affulsit varia in Christianis gen-  
tibus regna iam diu densissimis hæresibus tenebris  
circumfusa breui lucem Catholicæ & Apostolicæ religionis iterum as-  
pectura. Etenim profectò qui præsens tunc rerum status erat, neminem  
non istac bene sperare iubebat: Vt pote collectam ex variis nationibus  
& variis in locis iuuentutem, religionis, doctrinæ, virtutis, totius deni-  
que honestatis seminarium alere & instituere in primis liberaliter Pon-  
tifex Maximus iam caperet: optimum fanè, & propè dixerim vnicum,  
tantis incendiis extinguendis paratum organum: vtque Heroinam il-  
lam, vtroque scepro dignam, in quo Anglorum carcere libetaret eni-  
xius moliebatur. Gallus in Catholicæ religionis præcepta & caremo-  
nias ardentius incumberebat. Hispanis Belgium expurgare, & pristinam  
animaduersionis seueritatem in obstinatos hæreticos retinere videba-  
tur. Lotharingus, auitæ pietatis & gloriæ exemplo, Ecclesiam omni nisa

A.